

vent angeli, potestates metuant, in faciem prostrant cœli seniores. Ubi in faciem prostrare idem est quod prono capite vehementer incurvari, aut sterna solo. Quæ species orantium professionem continet indignitatis suæ in conspectu magni Dei, estque evidens summa venerationis et profundæ animi demissionis argumentum. Cùm igitur Job et maximâ, si quis unquam calamitate premeretur, et cæteris vel ipsius Dei testimonio in terrâ hominibus pietate præstaret, utramque simul ob causam, scilicet ad rationabilem in tot adversitatibus eumque moderatum luctum sum indicandum, et ad Numinis benignissimi in tantâ rerum suarum vastitate ac penè dixerim desperatione, opem opportune implorandam, in terram corruisse putandus est, præsertim quòd istiusmodi orandi situs in afflictâ potissimè fortunâ, et, ut Tertullianus lib. 5 contra Marcionem, cap. 18, loquitur, in rebus attentis, quales tunc Jobi erant, adhiberi plerumque solet, ut idem ait, *facte homi velutate*, nimirum ad misericordissimam Dei in tantâ necessitate auxilium facilius exorandum et impetrandum. Id enim nimium quantum ad commovendam miserationem valere sancti omnes arbitrantur. Unde Justinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem non veretur dicere, τὸν θεὸν προσεκύνησθε τῷ ἐν ἀγῶνι κατακλιθεὶ καὶ ἐν φόβῳ, id est: Deum demulceri oratione que submissio in terram iectu et flexis humi genibus funditur. Hæc autem orandi specie Jobus Christi quoque Domini ac Servatoris nostri, quemadmodum aliis pluribus in rebus, typum expressisse videtur, quando nimirum postremâ vite suæ nocte in æstu illo animi immenso et tristitiæ magnitudine, quâ penè obruebatur, cœlestem Patrem oraturus prociidit in faciem suam, sicut Evangelista testatur, Matth. 26, 59.

Porrò hancce Jobi in terram prolapsionem ingeniosè Sanctius noster, Origenem secutus, ad agnosticism artem et industriam retulit, quâ Jobus singulare cum diabolo certamen inturus, autè omnia locum sibi maximè opportunitum, et ad pugnam cum tali hoste circumspiciendum aptissimum in visumque delegit. Talis autem locus terra est, quippe homini in eâ nato et ab humo sic nuncupato, maximè proprius; ad illam ergo se contulit, in illam se demisit, tanquam sapiens luctator optime intelligens sese istiusmodi antagonista resistere non posse, si locum suum desereret et non mordicus teneret. Quapropter ut locum suum plenius apprehenderet et securitè retineret, pronus in terram corruit, unde omnes diaboli sagittas tam feliciter elusit atque vires infregit. Prævident igitur se prostravit, sed nimis obmutuit, nec præ dolore siluit; quin potius statim ad opem Numinis implorandam se convertit, et Deum adoravit. Quid ad hæc diabolus hostem suum jam tum prostratum videt? Origenes id optime exponit dicens: « Quam cùm prostratum cerneret diabolus, gavisus est; cùm autem orantem et atque adorantem audivit, obstupuit, atque expavit. » Dùm sub verbere tacebat et lumi sternebatur, gaudebat hostis, de silentio victoriam ominatus; at ubi orantem et Deum invocantem excepit, illud expavit.

Prostratus, pergit ibidem Origenes, oravit Dominum Job; prostratus dejecit diabolum, altum humiliavit, exaltatum supplavit, confudit fortem, deformavit elatum. Super hæc autem omnia formam ostendit ejus qui de cœlo venit, qui ut granum tritici in terram cadens diabolum dejecit, et fortem alligavit. In spiritali enim pugna viciat qui sic sternitur, et qui premitur coronatur. Quare hic Jobi in terram lapsus haudquam fuit fracti animi signum, sed peritissimi luctatoris artificium, et victoriam relaturi atque coronam accepturi indicium. Prostravit enim se, ut tolerantia coronâ tanquam victor à Deo donaretur. Iluc spectavit Origenes lib. 1, dùm ait: Imperatores, qui viatores existerunt, non stantes, sed deorsum adorantes coronam accipiunt. Sic Job in primâ tentatione ad orationem se prostravit, ut perfectas tolerantia suæ à Deo acciperet coronas. Sic ille. Nichil profectò corona, quam adversitas necit, et quâ vir patiens redimitur. Adversitatisbus premeris? petris contumelias? Omnia exquo animo sustine, Jobi exemplo coronaberis, adversitas ipsa vertetur in coronam. Nam, ut sanctus Ambrósus, lib. 2 de Abraham, cap. 4, eleganter ait, afflictiones viro forti coronæ sunt, invalido infirmitatis sunt. Quò spectat etiam illa S. Nili in Paranesi monitio: Καταπίε τὰς θλίψεις ἐν αὐταίῃσιν τῶν ἀβίων ἐν ὀπίσθῳ: Perfer afflictiones; nam in iis certantibus coronæ sunt.

Cæterum quia nunquam virtus illa coronatur nisi per suffragium orationis, sapienter omnino Job, ut illustrem tolerantia coronam sibi compararet, statim sub initium certaminis cornu in terram adoravit, nobis relinquens exemplum, ut vestigijs ejus insistamus, atque orationis suffragio virtutum omnium coronas impetremus. Quinimò si hanc Jobi adorationem exactius nonnihil expendimus, vel illam ipsam haud vulgarem de diabolo victoriam retulisse comperimus, siquidem calumniator illa jactaverat eò se calamitabilibus Jobum adacturum, ut Deo malediceret, et nefandum blasphemie crimen incurreret. Quod tantum ablit ut elliceret, quin potius è diverso ipsum ad Numen piè venerandum excitavit. Quia victoria profectò minimè parva censi debet, cum tam Deo quam Jobo gloriam longè maximam pepererit: Deo quidem, quoniam ejus de Jobi pietate iudicium, quod demon indræare conabatur, minime falsum aut vanum, sed verum ac ratum, et Jobi cum Deo amicitiam nequam fictam aut mercenariam, sed sinceram et maximè gratuitam fuisse comprobavit; Jobum verò gloriosissimum reddidit, dùm virtutes ejus præstantissimas toto terrarum orbe conspicuas et sole ipso clarior apparere fecit. Nobis porrò in hac victoriâ præclarissimum cum hoste callidissimo pugnandi exemplum est propositum, quo doceamur, quonam pacto in adversitatibus et rebus jam profligatis cum Deo agere debeamus, et quàm maximè tunc ipsum nobis demereri possimus, si videlicet, quando adversa nobis ingerunt, haud iniquo et agro illa animo feramus, neque inhonestè de Deo conqueramur, sed cum tum vel maximè revereamur sincerèque mente adoremus.

Hæc enim ratione fiet, ut in omni adversitate præsens Dei auxilium ac præsidium, atque in afflictione maximum solatium simul experturi, quemadmodum Jobus luculenter satis expertus fuit; cujus propter adorationem non modò Deus calamitates abstulit, sed duplò etiam pluribus eum bonis postmodum cumulavit, ut in decursu historie patet. Nunc ejus in rebus asperis philosophiam expendamus.

VERS. 22. — ET DIXIT: NUDUS (1) EGRESSUS SUM DE UTERO MATRIS MEÆ, ET NUDUS REVERTAR ILLUC. Sed nunquid potest homo in ventrem matris suæ iterato introire, quemadmodum rogabat Jesus Nicodemus, Joan. 3, 4? Cur ergo Job ait se nudum illuc, scilicet in ventrem matris reversurum? Diversi diversimodè locum hunc torquent et exponunt; mihi maximè placeat illorum sententia, qui terram hic per matrem intelligunt, que communis est omnium mater, eodemque nomine ab Ecclesiastico vocatur, dùm ait: *Jugum grave super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulture in matrem omnium*, Eccli. 40, 1. Eandem quoque Plinius matrem nominat lib. 2 naturalis Historiæ, cap. 65: « Sequitur, inquit, terra, cui uni rerum naturæ partium eximia propter merita cognomen indidimus matrem venerationis; nos nascentes excipit, natos alit, semelque edictos sustinet semper, novissimè complexa gremio tum maximè ut mater operiens, » etc. Idem etiam quod Job, dixit Ecclesiastes his verbis: *Sicut egressus est nudus de utero matris suæ, sic revertetur, et nihil auferet secum de labore suo*, Eccl. 5, 14; et S. Paulus ad Timotheum: *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dabimus, quòd nec auferre quid possumus*, I Tim. 6, 7. Nazianzenus quoque in disticho carmine de hominis externi vililitate loquens ait: *Δὲ ταπεινὸς γενεῆς ἐστὶ φθὲξ, his sepulti sunt qui vivunt in corruptione*; à tumulto enim tumultum petunt, id est, ab utero matris in sepulchrum tendunt. Antea enim uterum matris sepulchrum appellaverat *κατὰ τὸ ὄνομα ἔμας, matrem pro tumulo habens*. Unde ferè convenit jam inter Commentatores et illic intelligendum esse de sepulchro. Ita sanctus Hieronymus in Epist. ad Tarasiam, S. Prosper parte 1 de Prædicatione, Gaudentius Brixianus suo Tractatu in Scripturam, S. Cyprianus

orat. de Mortalitate, S. Gregorius hic, et vulgò recentiores.

Verum statim animum pulsât difficultas, quomodò dixit illuc; que vox relativa est, siquidem sepulchrum quod referat non præcessit. Hunc nodum ingeniosè solvit Celada noster in doctissimo suo Commentario in Judith, cap. 16, § 56, dicens: Etsi non præcedit in Scripturâ, nunquam tamen discedit à Jobi mente. Tam enim frequens erat Jobi memoria mortis et sepulture, ut cum absolutè dicit illuc, intelligendum sit de sepulchro. Sicut Magdalena, que semper cogitabat Christum, dixit absolutè hortulano, Joan. 20, 15: *Si tu sustulisti eum, dicito mihi*. Quem vocat eum, cum nullius præcesserit mentio? Eum vocat qui solus est in mente, quem solum Jesum versus in memoria. Ita Jobus sic jugè memorâ versabat mentem sepulchrum, ut absolutè dicens illuc interpretandum sit agere de sepultura. Quod igitur Job dixit ex utero in uterum, sanctus Gregorius dixit ex sepulchro in sepulchrum. Atque ita sicut uterum matris sepulchrum dicitur, ita sepulchrum dicitur uterus terre. In sepulchro enim veluti in utero terra: usque ad judicii tempus absconditur, tunc demùm ex illo veluti novâ quâdam atque admirabili nativitate in lucem prodituri.

Cæterum hæc ratio, quæ se vir sanctus consolabatur, et eruditissima est et simul solidissima; cujus vim omnem in eo esse sitam potui, ut demonstrat externas omnes facultates, et seculi divitias, nec non universa, quæ fortunæ bona nuncupantur, tandem à nobis auferenda et relinquenda esse, sicut aliquando, cum primùm nasceremur, isdem caritatis; quòd si igitur auferenda sint et dimittenda, quid referat, utrum statim an paulo post illis privemur? Quo ratio tanti profectò est momenti, et tam prægnans, ut si maturè illam expendimus et profundè cordi nostro impresserimus, haudquam opibus magnopere delectandi, nec earum jacturam nimis graviter latari simus. Quamobrem se quidam consolabatur dicens:

Ὅτι ἐπέλεον γυμνοὶ, γυμνοὶ θ' ὄντες ἔλαυν ἀναμύ.
Καὶ τὴ μάτην μαζέψω θυμὸν ἐμὸν τὸ τέλος;
Conscedi nudus terram, nudusque subitò;
Quid frustra studeo funera videri?

Plerique autem, quod plurimorum est vitium, tam tenaciter luxu et caducis hujus seculi divitiis inhaerent, ita toti illis sunt addicti, ac si nunquam eas deserturi, sed semper possessuri, atque eternum iis fructuri essent; quare non possunt non graviter eandem amissione torqueri, quemadmodum dives ille evangelicus, quem S. Lucas animæ suæ his verbis lætissimè gratulamentum introducit: *Animæ, habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comede, bibe, epulare*, Luc. 12, 19. Ecce tibi hominem in onero divitiarum sperantem, et animi consolationem incertum atque fiduciam in fisdem reponentem. Sed quàm inanis, quàm insana, quàm fallax istiusmodi spes ac fiducia fuerit, ex verbis sequentibus manifestè cognoscitur: *Dixit autem illi Deus: Stulte, hæc nocte animam tuam repetunt à te; quæ autem parvitas curus erunt?* Irrisâ nimirum fatui hominis levitate

(1) Id est, miser et omnium rerum inops. Aliena sunt que sublata, nec mea bona unquam putavi. (Synopsis.)

וַיֵּרָא פְרוֹ לְיִצְחָק, tertia radicals expiravit, ut in יֵרָאָה pro יִצְחָק, Jerem. 8, 11, ad formam quiescentium tertia he, ut בָּרַךְ, pro בְּרָכָה Ezech. 18, 16. Similem sententiam expressit Plinius Proemio l. 7 Hist. nat.: *Hominem naturâ tantum nudum, et in modâ hunc, et natali die abijci ad vultus statim et ploratum.* Vocula וַיֵּרָא referenda ad verba וַיִּכְרַם אֶת; que autem propria de utero materno, tum metaphorice de gremio terræ, dici apparet, communi mortalium matre, que, dicente Varrone, omnes gentes peperit, et de tumo resumit, coll. Genes. 3, 19. Coh. 3, 14; 42, 7. Rectè igitur Chaldaeus addidit: וַיֵּרָא לְרֵיבּוּרָה ad domum sepulchri. Et sicut Davidus Ps. 139, 15, uterum matris vocat מְדוּרַת הַרְהוּרִים, infirma terræ, sic vicissim Jobus infra 47, 14, matrem seu genitorem suum sepulchrum dixit, quod nos mortuos instar matris suscipit. (Rosenmuller.)

Deus, eumque merito *stultum* vocat, sive, ut est in Græco, *ἄφρονος*, *recordecem*, sine mente, sine iudicio, insipientem; quippe cum sibi perennes propè delicias et longissima vitæ amenitatem polliceretur, illa ipsâ nocte vitâ et opibus spoliatus fuit. Tum ore sacro ad suorum omnium documentum divinum hoc epiphonema subiungit: *Sic est qui sibi thesaurizat, et non est in Deum dives*. Hoc est, stultus pariter et in nocte rapiendus, inquit Beda. Ut ergo simus in Deum divites, nequaquam in incerto divitarum, sed in solo Deo vivo sperare debemus, et in ipso totam nostram fiduciam collocare qui dat omnibus affluentem; idque nobis penitus persuasum animisque nostris, ne decipiâmur, altè infixum esse debet, divitiis nempe ac reliquis huius seculi facultatibus non tam nobis datus, quam ad tempus demittat commodatas esse, adeo ut quoquamque die ac momento Deo visum fuerit, summò jure repeti à nobis possint. Atque hæc erat illa sublimissima Jobi philosophia dicentis: *Nudus egressus sum de utero matris mee, et nudus revertar illuc*. Quare sententiam sanè auream citi dilatat et illustrat Origenes: « Non Ingeo, inquit, rei familiaris direptionem; ablata namque sunt mihi cum peculo pariter et molestia atque cura. Nihil habui cum venissem, nihil reliquo cum iero. Nihil attuli natus, nihil hinc auferam sequens. Nudus exivi de utero matris mee, non peculium nec filios habens, neque divitiarum facultatibus indutus, nudus et ibo sub terra; nudus, inquit, peculo, sed et peccato; nudus divitiis, sed et impietibus; nudus substantiâ, sed et iniustiâ. Sicut enim carnalibus facultatibus univèrsus nudus effectus sum, ita et ab omnibus illicitis nudus ibo sub terram; nudus malis omnibus ibo, bonis verò omnibus indutus. *Nihil intulimus in hunc mundum; haud dubium quia nec auferre quid possimus*. Nudus exivi de utero matris mee. Tanquam si diceret: « Quod est mortale hoc indumentum, que est hæc supervacua gloria, que sunt terrenæ hæc atque infide diuitiæ, que sunt hodiè, et crastinâ die non sunt, que hodiè arident isti, crastinâ verò die eunt ad alium? Fumus est delicens, flos est transiens, herba est arcescens. Et qui habent illas tanquam non habeant, quia diutius non habent; et qui non habent illas, tanquam nihil amiserint, quia non permanentes relinquunt. Quæ accepti, corpus scilicet et animam habeo, que attuli non amisi; superflua omnia derelinquens nudus ibo illuc. » Sic ille eleganter et copiose.

Qualis igitur hic affectus dicentis: *Nudus revertar illuc*? Num fortassis affectus est hominis vicem et calamitatem suam deplorantis? absit, quin potius exultatio est hominis triumphantis, ac triumphi sui gloriam exaggerantis, quòd nimirum ad illustrem istam nuditatem pervenisset quâ primævæ possessores jucunditate in ipso paradiso quoadam, aureo illo seculo, beati et planè gloriosè apparebant, quemadmodum in Epistola ad Olympiadem S. Chrysostomus exponit dicens: « *Nudus egressus sum de utero, et nudus revertar illuc*. Sed cujus tandem uteri meminit? nempe primi

parentis opificium imitantis. Nudus è terrâ divino munere conformatus sum, minime fucatus, nullâ re supervacaneâ oneratus; ergo nudus quoque revertar illuc. Quò? nempe ad locum plangere liberum. » Ecce tibi in rerum nuditate considerat vir justus primævæ illius statûs sortem gloriosam planèque beatam, quando scilicet omnes in Adamo nudo conditi nudi fumus; quam nuditatem divino munere adepti, nullâ re supervacaneâ onerabamur, nullo indigebamus amictu, nullo secreto domûs opus erat. Ô nuditas beata! Ô nuditas, primorum hominum gloria et justitiæ comes originalis! Unum peccatum secuti sunt amictus, vestium splendor, magnificentia palatiorum, ingentes divitiæ; quæ omnia peccati vulneribus curandis quasi sunt et inventa. Unde eleganter Clemens Alexandrinus libro 2 Pædagogii, cap. 10, de pretiosa veste dicit: *Ὁδὸς πρὸς αὐτὴν ἔχει τὴν περιττὴν παρὰ τὴν ἀδύνην τοῦτα ἢ τὸ ψόρον μένει, neque ad tegumentum habet aliquid amplius nisi solum vituperium*. Siquidem hominis vituperium est sic affectum esse, ut tantis egeat adscititiis ornamentis ad suam turpitudinem contegendam. Tertullianus similiter libro de Pallio, cap. 5 et 4, contra luxum vestium agens, eleganter notavit ingenia hominum, primùm quidem tegendo corpori, quâ necessitas præcessit, deinde ornando, mox etiâ inflando, quò ambitio successit, varias indumentorum formas promulgasse. Cujus ambitionis et inanisimæ gloriæ tanta est vis et potestas, ut fortissimorum hominum mentes aliquando infregerit. Quam ob causam inter pompas diaboli, quibus in lavacro divino abrenuntiat Christianus, merito sancti Patres vestium cultum oratumque repouit; et jam inde à primâ christiane vitæ professione voluerunt, quantum fieri potest, affectionem hanc aboleri, quæ intimo in animo illigata est et vehementer infixa. Trahuntur enim omnes incredibili cupiditate elegantissimi ornâtûs splendorisque vestium; quem amorem S. Chrysostomus in epist. 2 ad Olympiadem jure nominat morbum animæ gravem et *δυσκαταγόνιστον, ad superandum difficilem*, adlique esse argumentum magnum et apertissimum iudicium *γνώσε; διαφθορῶντος, corrupta mentis*, læsi conturbatique iudicii, aberrantis et delirantis rationis; illius sanè contagio tam latè patet, dulci quoadam licentiâ nimium et impune lenocinante, ut ab eâ vix immunis ullus esse videatur. Itaque S. Jobus intelligens rerum omnium æstimator, et afflatu cœlesti plenus, iis omnibus que ad peccati vulnera concurrunt, divitiis, inquam, splendidis vestibus, telectis pietis, gloriosis tabulatis cæterisque terrenis rebus se penitus extum videns, tantum abîit, ut, ceterorum more hominum, hanc rerum externarum nuditatem lugeret, quin potius quàm maxime gauderet, se per eam assuetum esse spiritalem illam ac mysticam, quâ ad Deum angelosque proximè accedimus, nuditatem, quam S. Dionysius lib. de cœlesti Hierarchiâ, cap. 15, § 3, describit, *τὸ ἀπειρο καὶ ὠμίον καὶ ἄχρητον καὶ καθαρῶνον πρὸς τὸν θεὸν προσήκον, καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀπλότητα τῶν θεῶν ὡς ἑνεκὸν ἁφραμωτικῶν*, « virtutem illam abstractam et expeditam et puram ab omni externo aditamento

quæ divinæ simplicitati quantum fas est assimilatur. »

Porrò ex hæc omnimodò sui ipsius ac rerum omnium nuditate summa illa perfectæ animi tranquillitas ac voluntatis absolutissima resignatio existebat, quæ se suaque omnia plenissimè Deo pro ejus arbitrario committit dicens:

DOMINUS DEDIT, DOMINUS ABSTULIT: SICUT DOMINO PLACUIT, ITA FACTUM EST (1): SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM (2). Considera hic mihi accuratissimam san-

(1) Deest in Hebræo et Chaldaeo. Græcorum est additamentum; quod pariter veteres Latini codices versionis S. Hieronymi exhibent. Sunt tamen qui eandem omninò lectionem cum Hebræo sequuntur.

(2) Ad verba *בְּרַחֵם יְהוָה אֱלֹהֵינוּ*, Schmidius rectè observavit: « Est hic oppositio inter scopum diaboli, qui erat ut Jobus Deo malediceret, et eventum rei, quò Jobus Deo gloria laudes tribuit. » (Rosenmuller.)

Que le nom du Seigneur soit béni. Il a bien raison de le dire, car c'est ici la grâce la plus signalée que Job ait reçue; jamais la protection de Dieu n'a été sur lui si visible; jamais ses misères et ses douleurs n'ont coulé sur lui avec plus d'abondance et de profusion. Le démon paraît l'avoir dépouillé de tout, mais il n'a contribué qu'à le rendre plus heureux et plus riche. Il lui a ravi ce qu'il n'aimait pas, et l'a rendu plus attentif à conserver ce qu'il aimait, il voulait arriver jusqu'à un trésor intérieur de son cœur, mais il n'a fait que troubler la garde qui veillait à son entrée. Il prétendait l'affaiblir, le troubler, au moins le distraire en partageant ses pensées entre ses pertes et les biens solides qu'il restait; il n'a fait qu'augmenter son mépris pour tout ce qu'il pouvait perdre malgré lui; et son attachement pour ce qui faisait l'objet de ses desirs. Il espérait ébranler sa vertu en lui ôtant tous ses appas sensibles, et il n'a fait que montrer combien elle en était indépendante. Enfin il voulait ôter le masque dont il prétendait que la religion intéressée de ce grand homme se couvrait, et il n'a servi au contraire qu'à lever les voiles qui en cachaient l'éclat et la beauté.

Considérons donc un moment ce juste prosterné devant Dieu, et lui rendant grâces de ce qu'il n'a plus d'autre bien que lui, riche par sa foi, par sa soumission, par sa patience, plein d'amour et de reconnaissance, plein d'espérance des biens futurs. Combien sent-on en le voyant en cet état, la vanité de tout ce qu'il méprise, et l'excellence de tout ce qu'il retient? Un regret semblable à celui de la femme de Lot aurait pu lui rendre toutes ses pertes inutiles. Un soupir, un regard jeté imprudemment sur ce que le démon lui enlevait, lui en aurait ôté tout le fruit, et aurait fait tomber de sa tête la couronne que Dieu préparait à sa patience et à la sincérité de son sacrifice. Il eût été alors véritablement pauvre et misérable, puisqu'il perdait les biens intérieurs aussi bien que les extérieurs, les biens futurs et éternels, aussi bien que les présents, et il eût ajouté à des malheurs qui n'avaient rien de réel et de véritable, la folie volontaire d'abandonner à son ennemi les biens secrets et invisibles vers lesquels il ne pouvait étendre la main. Mais il n'avait garde de renoncer par cette aveugle fureur à un trésor inaccessible à l'envie et au mérite même d'être devenu pauvre; il pensait au contraire à mettre en sûreté ce qu'on était contraint de lui laisser, à retenir ce qu'on lui enlevait, en le reprenant des mains du ravisseur, et le fixant même pour toujours par le sacrifice qu'il en faisait à Dieu, qui rend éternel tout ce qu'on lui sacrifie. Il se préparait ainsi, quoique sa pensée en fût peut-être très-éloignée, à un rétablissement prochain par une soumission sans bornes; car tout est promis à la piété, ce qui regarde cette vie, comme ce qui regarde l'au-

te, et le moyen le plus sûr d'obtenir tout de Dieu, est de consentir à tout perdre quand il le veut. (Duguet.)

Heb. 12, 5: *Oblii estis consolationis, quae vobis tanquam filiis loquitur dicens: Filii mi, nolite negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat; flagellat autem omnem filium quem recipit.* Ubi obiter notandum ab Apostolo flagellationem et castigationem vocari consolationem, juxta illud Psalmistae: *Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Quae sanè consolatio quantumvis solidissima sit et maxima, nihil tamen aut certe parum in arumnis levat eos qui non sunt praestanti quadam virtute praediti, adeò scilicet magnum stuporem non solum vitia flagitiaque, verum etiam non bene sedatae perturbationes mentibus afferunt. Quod cum Satan minime ignoraret, nihil aequè satagebat, quam ut Jobo persuaderet calamitates istas, quas patiebatur, non tam à Deo quam à creaturis illatas esse ac promanasse. Quamobrem multiplex ille nuntius, qui Jobo clades suas denuntiabat, vix inquam eas Deo, sed vel Sabaëis, vel Chaldaëis, vel turbinum vehementi tribuebat, ut sic virum sanctum ad impatientiam provocaret, atque in animi perturbationem impelleret. Nam qui ad Deum calamitates suas minime refert, neque ut ab ejus paternè manu profectus mansuetè suscipit, facile ad impatientiam aut indignationem stizulatur. Verum vir sanctissimus, longè aliter de Dei providentià philosophatus, divinae benedictio voluntatis omnem laborum ac dolorum illorum acerbietatem mitigabat et leniebat, auream illam proferens sententiam: *Dominus dedit, Dominus abstulit, etc.* Scilicet non tortorem, sed judicem, non executorem, sed auctorem poenarum suarum attendebat, ut eleganter D. Chrysostomus hom. 5 in priorum Epistolam ad Thessalonicenses annotavit. Hinc acerbitas cruciatuum illi à diabolo inflictis in Deum tanquam auctorem primum et finem ultimum relata sanctissimus viro dulcescebat. Pari modo Joseph à fratribus quondam venditus, et in Ægyptum abductus, venditionem suam et exilium haudquaquam odio fraterno, sed divinae voluntatis benedictio adscribat: *Non vestro, inquit, consilio, sed Dei voluntate hic missus sum,* Gen. 45, 8. Quia igitur Deum exili sui auctorem venerabatur, nec in fratres odio laborabat, neque servituti molestias sentiebat. Similiter Heli quando poena illius intendebatur cum Deo minime exposulavit, sed potius humiliter concordavit dicens, 1 Reg. 1, 18: *Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat;* in quo virtus ejus haud mediocriter enituit. Facile enim est coronanti Deo consentire, flagellanti difficillimum, nisi quis sibi ipsi jam perfectè mortuus soli Deo cum sanctis vivat, ejusque voluntati in omnibus se accommodet; quinimo Dei voluntatem pro sua habeat. Ita nimirum fecit Job quando haec verba pronuntiavit: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Dominus placuit ita factum est.* Quam sententiam planè auream ita pulchrè dilatavit Origenes: *Quando voluit, inquit, dedit ut bonus; et quando voluit, identidem ut habens potestatem abstulit.* Dominus dedit, et Dominus abstulit. *Dei dona, et iterum abstulit sua; ego nihil amisi nullum*

passus sum detrimentum. Meritò postquam usus sum, reddidi mutanti mihi ea, gratias agens. Omne quod Deo placuerit, bonum et justum est. Placuit illi ut daret? bene placuit illi identidem ut auferret? justè placuit. Quamdiu illi placuit, habuimus; quando placuit ei, non habemus. Quando habuimus, non propria nostra habuimus, sed Domini; et cum perderemus omnia, non propria perdidimus, sed abstulit quae sua erant Dominus. Sicut Domino placuit, ita factum est. Omne quod vult Dominus vix est, requies, aeterna beatitudo est. *Vita enim est voluntate ejus, et ira in indignatione ejus,* Psal. 59, 6. *Quodcumque ergo placuit Domino, sive percutere, sive mulcare, sive ditare, sive pauperem facere, omnia beatitudo est incorruptibilis. Sive oportet omnes Christianos dicere, et facere, et cogitare in omnibus quae eos circumdederint atque eis occurrerint; sive pecunias perdant, sive paupertas incumbat, dicant in his omnibus cum sinceritate: Sicut Dominus placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum in saecula.* Sic ille.

Saberrima haec Jobi philosophia, si unquam alius, nunc certè vel maximè necessaria est melendis animorum morbis sanè gravissimis, qui hisce calamitosis belli temporibus in tot civitatum ac provinciarum eversione ac vastitate cum maximo catholicae religionis detrimento, nec non plurimarum perdite animarum perniciosissime grassantur. Tribus autem potissimum vir sanctus consideratibus adlicium tot tantisque calamitatibus animum erigebat: prima erat, quòd bona isthaec temporalia, quae sibi jam sublata videbat, nequaquam homini propria et conaturalia, sed aliena potius et peregrina duceret, quemadmodum clarè significavit cum dixit: *Nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus revertar illuc.* Secunda, quòd illa Deus donaret et auferret; quapropter ait: *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Tertia, quòd in istiusmodi bonorum ablatione divina benedictio voluntatis agnosceret dicens: *Sicut Dominus placuit, ita factum est.* Juxta primam ergo Jobi considerationem ob istiusmodi bonorum dispensationem exteriorum haudquaquam debet homo succumbere dolori vel tristitià consternari. Propter secundam verò ne queri quidem merito potest. Ob tertiam denique oportet etiam ut gaudeat, juxta illud S. Jacobi in Epistolà suà Canonica momentis, cap. 1, 2: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incidistis, scientes quòd probatio fidei vestrae patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes.* In nullo sanè defecit Job, qui verè patientia forma et perfectè virtutis character fuit, cujus exemplum nobis omnibus ad imitandum proponit S. Antiochus homil. 117, in adversis aequè ac prosperis ad gratiarum exhortans actionem, cum ait: *Sive quis animi jucunditatem perfruit, sive tribulatione, sive nihilo tegitur justitia, afflictior anxius, aut certè estunditur gaudium, debet nihilominus adhibere gratiarum actionem. Qualis non obscure fuit eximius ille Job; is enim perditis*

docet Chrysostomus in cap. 3 ad Coloss. homil. 8, sic scribens: *Gratias itaque agamus, inquit, in omnibus, quidquid fiat: hoc enim est gratum esse; etenim rebus prosperis hoc facere nihil magis fuerit; nam ipsa rerum natura eò impellit. Tunc verò in extremis existentes gratias agimus, quae praeclearum est. Quando enim ceteri male dicunt et fastidiant, nos gratias agimus. Vide quanta sit philosophia. Primum, Deum laetificas; alterum, diabolum pudefacis; tertium, et quòd male factum est nihil esse facis; nam et tu simul gratias agis, et Deus dolorem computat, et diabolum abscedit. Non potest etiam fieri ut afflictiones sentiat homo ille qui in afflictionibus gratias agit. Nihil hinc lingua sanctius, quae in adversis Deo gratias agit, etc. Unde Joannes Avilla formandis moribus magister optimus: *In arumnis et doloribus, aiebat, plus valet unum Deo gratias, quam sex millia in rebus prosperis et bona valetudine.* Nam Deo gratias agere cum omnia fluant ad votum, vix ullius est artificis: at verò cum variis arumnis obruimur nihilominus velut pro beneficiis Deo se gratum sistere, hoc rarè artis, hoc magni est animi, hoc genuini est filii Dei. Ut igitur te legitimum Dei filium probes, flagellis cesus, et calamitatibus pressus, gratias age exemplo Jobi, qui tanquam singulare Dei munus ac beneficium quancumque adversitatem et afflictionem obvis resignata voluntatis ulnis et dilatatae gratitudinis sui promptus excipiebat, ne verbum quidem ullum querulosum emittens. Quamobrem magnificum hoc et probersi singulari à Deo meruit encomium, perfectissime virtutis examisque sanctitatis certissimum argumentum.*

VERS. 22. — *IN OMNIBUS HIS (1) NON PECCAVIT JOB LABIIS SUIS (2).* In Hebraeo latius patet haec oratio, ubi absolutè absque ulla restri tione dicitur *וְלֹא עָוָן לִפְתָּי בְּכָל יְמֵי* *וְלֹא עָוָן לִפְתָּי בְּכָל יְמֵי*, est: *In omnibus his non peccavit Job.* Nec apponuntur ista verba quae Vulgatus transfudit *labiis suis*, quae nec in Graeco textu ponuntur, qui sic habet: *Ἐν παντί ὡς τὸν ὀφθαλμὸν ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἁγίου τοῦ κυρίου, ἵνα ἴδωμεν τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ κυρίου, ἐν παντί ὡς τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ κυρίου, ἐν παντί ὡς τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ κυρίου.* *Non peccavit Job coram Domino, juxta quam translationem omnes fere Patres Graeci Jobum ab omni penitis etiam cogitationum peccato liberum fuisse asserunt. Vulgatus tamen interpret, cujus canonica est auctoritas, haud temerè verba illa, LABIIS SUIS, addidisse putandus est; sed vel correctiorum (quod Sanctius noster autumat) codicum habuisse, in quo ista verba in Hebraeo etiam exprimebantur; aut certè maturo consilio, et S. Spiritus instinctu, explanationis gratià eadem adjunxisse aut transmississe ex capitis secundi versus decimo, ubi disertè dicitur Jobus non peccasse labiis suis, ut nimirum aperitis declararet demonem frustra et irritò comatu Jobum ad blasphemandum impellere voluisse, cum ne verbum quidem inordinatum ab eo efferre potuerit.*

(1) Id est, in toto hoc negotio afflictionis sibi illatae. Intelligi autem usque ad illud tempus, de quo loquitur tum hoc epistola quàm sequenti. (Estius.)

(2) Haec verba *labiis suis*, non legit Hebraeus, et ex capite 2, 10, deducta sunt. (Calmet.)

semè omnibus, domo insuper decem contignationibus fastigiosa adaequata solo, sed et filiis interim, eòdem geniali epulo invitante se et indulgent, ruinà oppressis, quam Domino pro his rependit gratiarum actionem? Nimirum accepto hoc nuntio dicebat, *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Dominus placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* O quam haec voces gratæ Deo! quam suavis earum divinis auribus concensus accidit! Verè Jobus tubæ ductili assimilatur, quæ diu tonditur et premitur, simul etiam produciunt ac dilatatur, ut Dei laudes claris resonet, quemadmodum D. Augustinus in Psal. 97, ad illa verba, *in tubis ductilibus et voce tubæ cornæ*, eleganter annotavit dicens: *Quid sibi volunt tubæ ductiles et tubæ cornæ? Ductiles tubæ aere sunt, tundendo producuntur; si tundendo, ergo vapulando. Erit tubæ ductiles ad laudem Dei productæ, si, cum tribulationi, proficiatis. Tribulatio, tunc profectus productio est. Tubæ ductiles erat Job, quando repente percussus tantis damnis et orbitate filiorum, tuncione illà tanta tribulationis factus tubæ ductilis sonit: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Dominus placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Quomodo sonit? quam suavem sonum dedit ista ductilis tuba? Sed quom haec gratiarum actio grata Deo, tam terribilis et ingrata diabolo fuit. Potuit quidem Satan de Jobi virtute dubitare, potuit ejus servituti obsequium extenuare dicens: *Nunquid Job frustra timet Deum?* quando in prosperitate gratias agebat; sed ubi audivit tot calamitatibus pressum dixisse: *Sit nomen Domini benedictum*, non est ausus Jobi virtutem ac probitatem imminuere, aut in dubium tanquam minimè firmam veramque vocare, quemadmodum pulchrè D. Chrysostomus Sermone de Job et Abraham observavit dicens: *Adversa leri, et gratias agit; magnitudo per quam magnæ mentis in tribulibus apparet. Vides quòd si in prosperitate gratias egeris, sycophanta diabolus factum tuum extenuat et dicit: Nunquid Job frustra colit Deum?* Gratias igitur Deo etiam in adversis age, ne quidquam eisdere à bono opere malignus invidiosus hostis possit. Gratiarum actio in prosperitatibus autumno nata cito flaccescit, neque diu vernat; viget et solida est, cum in calamitatis hieme nascitur; et haec grata simul et sapidissima palato Dei; legitima est quæ flagellanti exhibetur, fucata, quæ blandienti tantum, sicut rectè S. Antiochus homil. 117 docet, his verbis nos admonens: *Sive ipsi consolamur, sive afflicta nos quæpiam tribulatio, et quocumque in statu consistimus, juxta apostolicam sententiam gratiarum actionem Deo exhibeamus.* Et nonnullis interjectis: *Hoc, inquit, insigni argumento intersociatur, qui nihil fucate gratas est, dum inter medias deprehensus calamitates toto pectore gratias agit Domino: contra, cognoscibile indicium viri male grati, si dum tangitur quæpiam tribulatio, tum sit querulus, si murmurare interestreat, si discrucietur ob hoc misere, si teneatur causam suam, et excuset innocentiam, et si quæ his similia.* Sic ille. Nec dissimilia*

videantur, ut omnis loquax stultus, et omnis tacens sapiens censeret merito possit, juxta illud paremiæ Salomonis : *Os stultorum pascitur imperitiâ. Vir autem prudens tacet. Stultus quoque si tacuerit, sapiens preputabitur.* Ex nulla quippe re alia tam certum de aliquo prudentiæ stultitiæ judicium formari potest quam ex loquæ. Siquidem lingua mentis index certissimus est ; et pro signo sunt interioris hominis verba erumpentia, ut ait S. Hieronymus lib. 2 super 12 Prophetas. Quod ipsum externi quoque sapientes intellexerunt, inter quos apud Tullium, lib. 3 Tusculanarum : *Qualis cujusque animi affectus esset, talem esse hominem Socrates dissecebat ; qualis autem*

CAPUT II.

1. Factum est autem, eum quâdam die venisset filii Dei, et starent coram Domino, venisset quoque Satan inter eos, et staret in conspectu ejus,

2. Ut diceret Dominus ad Satan : Unde venis ? Qui respondens ait : Circuivi terram, et perambulavi eam.

3. Et dixit Dominus ad Satan : Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terrâ, vir simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens à malo, et adhuc retinens innocentiam ? Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra.

4. Cui respondens Satan, ait : Pellem pro pelle, et cuncta quæ habet homo, dabit pro animâ eâ :

5. Alioquin mitte manum tuam, et tange os ejus et carnem, et tunc videbis quod in faciem benedicat tibi.

6. Dixit ergo Dominus ad Satan : Ecce in manu tuâ est, verumtamen animam illius serva.

7. Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Job ulcere pessimo, à plantâ pedis usque ad verticem ejus :

8. Qui testâ sanietem radebat, sedens in sterquilinio.

9. Dixit autem illi uxor sua : Adhuc tu permanes in simplicitate tuâ ? Benedic Deo et morere.

10. Qui ait ad illam : Quasi una de stultis mulieribus locuta es ; si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscepimus ? in omnibus his non peccavit Job labiis suis.

11. Igitur audientes tres amici Job omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, et Baldad Subites, et Sophar Naamathites. Condidierant enim, ut pariter venientes visitarent eum, et consolarentur.

12. Cùmque elevassent procul oculos suos,

et homo ipse esset, talem ejus esse orationem : Cùm itaque ipsosmet æternæ Veritatis testimonio, Jobi sermone et ab omni peccati labe purem atque ab insipientiâ notâ prorsus immunes fuisse constet, ipsum quoque sanctissimum simul ac prudensimum existisse necesse est. Atque hic est primi finis certaminis, in quo Job de infernali hoste diabolo nobilissimam victoriæ palmam reportavit, et in conspectu orbis universi tanquam pancratiastes invictissimus, toto applaudente theatro, in virtutis invidictæ testimonium ad memoriâ nominis sempiternam, hunc à Deo honoris titulum et veluti stylographiam meruit : *IN OMNIBUS HIS NON PECCAVIT JOB LABIIS SUIS.*

CHAPITRE II.

4. Or les mêmes enfans de Dieu s'étant encore un jour présentés devant le Seigneur, et Satan s'étant aussi trouvé parmi eux,

2. Le Seigneur lui dit : D'où viens-tu ? Il lui répondit : J'ai fait le tour de la terre à non ordinaire, et je l'ai parcourue tout entière, cherchant toujours quelque un à dévorer.

3. Le Seigneur lui dit encore : N'as-tu point considéré mon serviteur Job, qui n'a point d'egal sur la terre, qui est un homme simple et droit de cœur, qui craint Dieu, et se retire du mal, et qui se conserve encore dans l'innocence, quoique tu m'aies porté à m'élever contre lui, pour l'ailiger sans qu'il méritât et sans que sa fidélité en ait été ébranlée ?

4. Satan lui répondit : Ce n'est pas une grande merveille de voir Job demeurer constant dans des maux qui ne touchent point sa personne. L'homme domeste toujours la peau d'autrui pour conserver sa propre peau, et il abandonnera volontiers tout ce qu'il possède pour sauver sa vie.

5. Mais étendez votre main, et frappez ses os et sa chair, et alors vous verrez s'il ne vous maudira pas en face.

6. Le Seigneur dit à Satan : Va, il est en ta main. Je t'abandonne sa chair ; mais ne touche point à sa vie.

7. Satan, étant donc sorti de devant le Seigneur, frappa Job d'un ulcère malin qui le couvrit depuis la plante des pieds jusqu'au sommet de la tête.

8. Et Job, s'étant assis sur un fumier, ôta, avec un morceau d'un pot de terre, la poutrière qui sortait de ses ulcères.

9. Alors sa femme, que le démon avait réservée comme un instrument très-propre à perdre cet homme juste, lui vint dire : Quoi ! vous demeurez encore dans votre stultité simplifiée ? Maudissez Dieu au moins à présent, et mourez, si vous pouvez obtenir par vos malédictions une mort qui vous délivre des maux dont toutes vos bénédictions n'ont pu vous garantir.

10. Job lui répondit : Vous parlez comme une femme qui n'a point de sens. Si nous avons reçu les biens de la main du Seigneur, pourquoi n'en recevrons-nous pas les maux ? Ainsi, dans toutes ces choses, Job ne pécha point par ses lèvres ; et la violence de ses douleurs, les insultes de sa femme, la fureur du démon, ne purent lui arracher une parole d'impatience ou de murmure ; mais il demeura toujours dans la simplicité, le respect et la fidélité qu'il devait à Dieu.

11. Cependant trois princes, amis de Job, ayant appris tous les maux qui lui étoient arrivés, partirent chacun de leurs états pour le venir trouver : Eliphaz de Theman, Baldad de Suh, et Sophar de Naamath. Ils arrivèrent tous trois en même temps ; car ils s'étoient donné jour pour le venir voir ensemble et le consoler.

12. Lors donc que de loin ils eurent levé les yeux pour le considérer, ils ne le reconnurent point, tant il étoit défiguré ; et ayant jeté un grand cri à la vue des

non cognoverunt eum, et exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum in cœlum.

13. Et sederunt eum eo in terrâ septem diebus et septem noctibus, et nemo loquebatur ei verbum : videbant enim dolorem esse vehementem.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FACTUM EST AUTEM, CUM QUADAM DIE VENISSENT FILII DEI (1), ET STARENT CORAM DOMINO,

(1) Adfuit cum illis et Satan. Quantum temporis effluxerit inter primam à Deo Satane datam facultatem tentandi Jobem in rebus, et alteram hanc, manus in virum ipsum injiciendi, ignoratur. Annum quidam constituant ; moxiam alii. Constat tamen, spedium non minimum intercessisse, cum Deus patientiam Jobi ita laudet, et rem experimento jam cognitam et exploratam ; id quod utique minime brevem temporis moram postulat. Cæterum secundus hic adventus Satane coram Domino, eandem habet cum priorum veritatem. Parabola est, quæ exprimitur pericula diaboli in malâ nocendi voluntate, et Dei providentia in Jobum, quem moniis certis intra fines tempusque diabolo tentandum permisit. (Calmet.)

Les enfans de Dieu étant un jour venus pour se présenter devant le Seigneur, etc. Si ce discours signifiait seulement que tout est présent à Dieu, que les desseins des justes et des injustes lui sont également connus, que les saints anges ne font rien que par son ordre, et que les démons ne peuvent rien faire sans sa permission, et que l'usage qu'il fait de ses ministres obéissans ou rebelles, est l'effet de ses conseils éternels ; si c'était là le sens propre de ce discours, il en faudrait ôter toutes les circonstances particulières, qui ne seraient capables que d'obscurcir toutes ces vérités qui sont générales, et qui embrassent également tous les temps. Un jour précis ne conviendrait pas ; une assemblée fixée à ce jour conviendrait encore moins ; des idées si limitées détruiraient la Providence, au lieu de l'établir.

Ceux qui réduisent la vérité de l'histoire à une simple figure, ne sentent pas assez que la figure n'est à l'histoire, en étant au fait toute réelle ; et que l'histoire à son tour n'est à la figure, en étant tout ce qu'il y a de figuré. Ils n'ont point cru que Job fut aussi grand qu'il est, ni qu'il méritât d'être opposé à Satan, le chef de tous les démons, en présence de tous les saints anges, dont le dragon avait fait tomber un si grand nombre. Ils n'ont pas assez approfondi le caractère incommunicable qu'il a dans le cours de l'histoire, d'être l'image de celui qui a écrié la tête du serpent séducteur des hommes, d'être comme lui l'objet de sa haine, pendant qu'il est l'admiration des anges, et d'être comme lui l'unique d'entre les enfans d'Adam, qui soit choisi pour faire cesser la domination que l'usurpateur exerçait sur toute la terre, et pour changer son vain triomphe en une haine éternelle.

Les enfans de Dieu étant venus un jour, et Satan étant venu aussi. Aucun spectacle n'étoit plus digne des anges, que de voir celui qui avait entraîné par sa chute tant d'esprits semblables à eux, et placés même dans de plus hautes dignités que plusieurs d'entre eux, qui avait dépeuplé l'homme de tous ses biens, qui se servait des ténèbres où il l'avait plongé pour s'en faire adorer, et qui osait se placer dans le soleil et dans les astres, pour y recevoir le culte dû à

maux dont il étoit accablé, ils commencèrent à pleurer ; et selon l'usage de leur temps et de leurs pays, ils déchirèrent leurs vêtements ; ils jetèrent de la poussière en l'air pour la faire retomber sur leur tête, montrant par ces signes extérieurs la douleur intérieure dont ils se sentaient pénétrés, et la part qu'ils prenoient aux maux dont ils voyaient que Job étoit affligé.

13. Ils demeurèrent avec lui assis sur la terre durant sept jours et durant sept nuits ; et pendant tout ce temps, nul d'eux ne lui dit aucune parole de consolation, parce qu'ils voyaient que sa douleur étoit excessive, et trop violente pour être adoucie par de simples paroles.

VENISSET QUOQUE SATAN INTER EOS, ET STARET IN CONSPPECTU EJUS ; — 2. UT DICERET DOMINUS AD SATAN : UNDE VENIS (4) ? QUI RESPONDENS AIT : CIRCUIVI TERRAM, ET PERAMBULAVI EAM. Hi duo versuculi, capite precedenti, versu sexto et septimo sunt expositi, ubi isdem quibus hic verbis exprimitur : unde patet hanc fuisse secundum super Jobi negotiis angelorum conventum, cui iterum Satan interfuisset memoratur. Quantum autem spatium temporis inter hunc et priorem illorum conventum interesset, cum id ex Scripturis non constet, nil certi habere possumus. Quare hanc solidam nitentur fundamentum, quod ex variis, quas quisque sibi pro ingenio suo fingit, congruentibus, partim ex diaboli indolentia et nocendi studiosâ, partim ex ejusdem jam primo pradio devicti confusione petitis, tempus hoc vel producit, vel contrahit ; an item hæc secundâ vice, ut prius, sponte sua comparuerit, ac sanctorum angelorum congregationi impudenter sese ingesserit,

l'auteur de la nature ; aucun spectacle, dis-je, n'étoit plus digne des anges, que de voir ce formidable ennemi, auteur de tant de maux, dans le ciel et sur la terre, cité devant eux pour y avouer sa faiblesse à l'égard d'un seul homme, dont il avait calomnié la vertu, et dont il n'avait fait que découvrir le riche trésor de son cœur, en arrachant lui-même tous les voiles qui le couvraient.

Et Satan étant venu aussi parmi eux pour se présenter devant lui. Dans la première assemblée, il étoit simplement dit que Satan y comparut, sans ajouter ce qui est dit ici, pour comparaître devant Dieu ; c'étoit sans doute pour la même fin ; mais elle est ici plus marquée que dans la première. Ce chef de tous les orgueilleux n'avait pu prévoir ce qui devoit l'humilier ; mais dans celle-ci sa condamnation étoit certaine et inévitable. Il espère néanmoins l'éviter par de nouvelles calomnies.

Et le Seigneur dit à Satan : D'où viens-tu ? On voit que c'est Dieu qui l'interroge, comme c'est lui qui l'a fait venir. Toute la suite est liée à ce commencement, et il est évident que la malice et la calomnie du démon n'est qu'un incident dans les desseins de Dieu, au lieu d'en être l'occasion.

Il lui répondit : J'ai fait le tour de la terre, et je l'ai parcourue tout entière. Je viens, répondit Satan, de parcourir toute la terre, sans y trouver aucun obstacle ; je n'ai été arrêté nulle part, et je n'ai eu besoin que de visiter mes conquêtes pour les conserver. Je fais ainsi ma ronde très-fréquentement pour éviter toute surprise ; mais ce que je fais est plutôt une course qu'une visite, tant mes sujets sont peccateurs et contents du choix qu'ils ont fait de moi pour les gouverner, que de mon côté ne pense qu'à les endormir, et qu'à leur faire oublier ce qu'ils ont perdu. (Duguet.)